

hæc non potest convenire sententia. Ipsos ergo debere petit damnari, quos virtute præscientie sua novit ad pœnitutinis remedia non venire. Nam & in subfugientibus ubi venit ad homines, converti eos desiderat, non perire: ut est illud: Confundantur & revereantur qui querunt mihi mala. Hic jam ubi venit ad homines corrigit, non maledictio funditur, sed correcțio postulatur. Confundi est facta sua erubescere, & in meliorem sententiam commutari. Nam & illi confusi dicuntur, qui convincuntur ad penam. Sed ut hoc magis ad conversionem intelligere debuiles, addidit: revereantur: id est, emendati colant quem persequendum esse pavent.

Caput II.

ALEPH. Quomodo obexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: proicit de calo in terram inclytam Israel: & non est recordatus scabelli pedum suorum, in die furoris sui. Ventum est ad secundum alphabetum, ubi sub primo obstupescendo Jerofolymitanus urbis improvismam ruinam, & plebis Judaicae infuperatum cafun Propheta deploret: sicut etiam nunc admirando quæritat, quomodo pulcherrima habitatio Sion & inclyta Israëlitarum gens: quæ angelico ministerio suffulta, per ipsum Domini ducatum, de terra Aegypti per mare rubrum translata est: & in deserto multis miraculis ac diviniti solatis diuinitatem per Moysem & Aaron educata: ita ut vocabulo scabelli pedum Domini, propter statum divini cultus qui in ipsa plebe tunc præcipius erat, merito nuncuparetur, nunc de summa felicitate in maximam miseriariam in die furoris Domini & vindictæ in eam prolatam quasi de celo in terram projecta & conculcata sit. Mytice autem anima peccatrix quæ quandam habuit lumen scientiæ: & speculum divina contemplationis, quando pedes Domini, hoc est vestigia præceptorum ejus in cordis illius secreta consistebant: nunc propter cæcitatem cordis & nequitiam præcisæ actionis de culmine virtutum in fœderatione terrenorum defideriorum prolapsa: iusto judicio Dei spreta atque derelicta ab hostibus conculcatur. Unde Propheta merito ejus defet ruinam: quia à summo honore ad maximam devoluta est miseria, per quam omnium jam despectui patet & irrationis.

Beth. Precipitavit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Jacob. Destruxit in furore suo munitiones virginiis Iudea, & dejet in terram: polluit regnum & principatum ejus. Propter peccata enim Judæorum & transgressiones, quibus transgredientes legem Dei testimonia ejus non custodierunt, serviendo diis alienis, & adorantes idola & simulacula eorum venerantes, ad similitudinem gentium que circa eos erant, irritatus Dominus tradidit ipsum populum suum in manus gentium & dominati sunt eorum qui oderunt eos: omniaque speciosa Jacob quæ habebat in ornata famosissimi templi, & cultu celeberrimo, quo se nobiliores ceteris gentibus esse credebat: Dominus precipitavit & destruxit in furore suo, munitiones urbium Iuda, statum murorum ac turrium in terram dejiciens: polluitque honorem regni & principatum ejus, ita ut nobiliores eorum, hostes captivos ducentes in servitutem sui redigerent: & eunuchos facerent atque deformes: sicut liber Isaïæ testatur, ubi ipse Propheta ad regem Ezechiam loquutus est, dicens: Ecce dies venient & auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizaverint patres tui usque ad diem hanc in Babylonem: non relinqueretur quicquam, dicit Dominus, & de filiis tuis qui exhibent de te quos generis, tollent: & erunt eunuchi in Palatio Regis Babylonis. Mytice autem destruit Dominus speciosa Jacob, cum decorum anima diabolica arte decepta spernit: & munitione doctrina, faculari sapientia conditæ, in qua maxime confidebat, diruit: & polluit honorem regni & principatum ejus, quem habuit in perceptione baptimatis & sacri unctione chrismatis: ita ut iam non mereatur cum ceteris fidelibus ab Apostolo Petro audire: Vos etsi genus electum: quando diversi fertur vitiis: & obtemperat hostis antiqui suafionibus malignis: de quo & subditur:

Gimel. Confregit in ira furoris omne cornu Israël. Avertit retrosum dexteram suam à facie inimici: & succedit in Jacob, quasi ignem flammæ devorantis in gyro. Non solum enim universum regnum Judæorum Dominus destruxit, & defensionem dexteræ sua ab eis auferens, terram eorum in

manus hostium ad devastandum tradidit: sed & Jerusalæ myticam, quando à Domino recesserit & diis alienis in diversis feceleribus servierit, defensione cœlestis auxilii privatam, flammæ libidinis, & furor hostium ad succendendum tradidit. Dextera enim Dei Patris unigenitus filius est: per quem & solarium & defensionem fidelibus suis præstat. Sed quando offendit illi non meretur ab inimicis liberari, quasi traditi videtur: cum defensorum nullum habemus. Unde & Propheta quasi desertum à Domino populum Judæorum conquetus, in psalmis ait: Ut quid avertis faciem tuam de medio sinu tuo? Quasi offenso, quasi irato Dominus dicit, quod nolit peccatores populos intueri: ut adhuc in suis videantur permanere nequitia. Ille enim quos dispensatione mirabilis placatus attenderit, corrigit: quos propitiis intuetur emendat. Quod autem dicit, dexteram tuam de medio sinu in finem: significat quod sicut Moyse manus dextera Domini jussu de sinu prolatâ leprosa conspecta est, iterumque in sinu retracta curata: ita populus Judæorum exiens à Domino Christo immundus fit: ad eum vero conversus, ad pristinam reddit sanitatem.

Daleth. Tendit Dominus arcum suum quasi inimicus: firmavit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filia Sion: effudit quasi ignem indignationem suam. Tendit Dominus arcum suum quasi inimicus, & dexteram suam quasi hostis firmavit: cum dimicante contra Jerusalæ Chaldaeos five Romanos superiores fecerit, data illi potestate ut incendenter templum, & defrauerent muros civitatis, eo quod ipse iratus non parceret illis, qui aliquando patribus eorum placatus, terram diversarum gentium ad possidendum distribuit: sicut psalmista testatur ad Dominum, dicens: Manus tua gentes disperdidit. Ne enim putarent Hebrei se triumphantares suis urbibus extiisse, profitetur illos non in suo gladio fuisse victores: nec terram gentium sibi propria fortitudine vendicasse. Brachium pro robore dicimus: quoniam ipso dimicante pugnatur. Sed illud brachium non eos ab inimicis suis liberare prævaluit, quos spiritualiter virtus divina salvavit: sic dum Hebreorum actus exponitur, humano generi proficia doctrina præstatur. Dextera enim significat proferam partem: brachium, fortitudinem: illuminatio, confitum: que Dominus præstantibus confert, quando vitorianam donare dignetur. Sed ne dicent, patres nostri suo merito placuerunt, idea tanta fuit à Domino consecuti: intulit, non meritum datum, sed quia ita fit Deo placitum: cuius est gratuitum omne quod præstat. Complacat etiam in illis quando de toto mundo sola gens electa est: de qua Salvator Dominus adveniret, qui brachium vitoria & fortitudo est nostra. Cui si peccaverimus, & diutius per patientiam eius expectari, ad eum per penitentiam reverti noluerimus, tendit arcum iudicij sui contra nos, & dextera potentia sua quicunque ornatus, scientia, vel virtutum visi sumus habere, totum dissipat: & exercet in nobis vindictam indignationis suæ: eo quod noluerimus intelligere misericordiam & beneficiam immensam clementiam suæ.

He. Factus est Dominus velut inimicus: precipitavit Israël, precipitavit omnia menia ejus: dissipavit munitiones ejus: & replevit in filia Iuda humiliatum & humiliatum. Factus est Dominus velut inimicus synagogæ Judæorum, quando eam hostili gladio devastari fecit. Dejecta menia & destruxit munitiones ejus: & replevit in ipso populo humiliatum & humiliatum: hoc est, utrumque sexum multiplici confusione despiciabile reddit. Juxta allegorianam vero, sicut menia in urbibus pro ornamento sunt, munitiones vero in defensionem: ita alia sunt dona quæ nos muniunt, alia que ornant. Propheta quippe doctrina, genera linguarum, curationum virtus, quasi quadam menia intentis sunt: quæ etsi quisque non habeat, stare munitus per fidem & justitiam potest: quoniam ornatus virtutum altitudine minimè effideatur: fides vero, spes & charitas, non nostra menia, sed munitiones sunt: quæ si habere negligimus, hostium infidis patemus. De Iudea ergo quia prophetiam atque doctrinam vel miraculorum signa abfult, menia precipitavit. Quia vero fidem, spem atque charitatem propter ejus duritiam auferre permisit: munitiones ejus dissipare studuit. Reetus vero ordo servatus est, ut prius menia & post munitiones dissipari dicentur: quia cùm peccatrix anima relinquunt: prius ab ea virtutum dona (quæ ad manifestationem spiritu data fuerunt) & post fidei, spei atque charitatis fundamenta destruuntur. Quæ cuncta Domi-

nus à perfidis ablata, gentilitati tribuit: atque ex his quæ infidelibus abfult, mentes fideliorn ornavit. Unde & scriptum est: Speciei domus dividere spolia. Cum enim virtutum spolia à Iudeis absfult, domui cordis gentilium, quam per fidem inhabitare dignatus est, speciem donorum dedit. Quod videlicet gestum est, cùm verba Dei & Judæorum populus ad solam literam, quæ occidit, acciperet: & converta gentilis per spiritum, qui vivificat, penetraret.

Vau. Et dissipavit quasi horum tentorum suum: demolitus est tabernaculum suum. Oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem & sabbatum: & in opprobrium & indignationem favoris sui regem & fæcetatem. Propter peccata enim Israëlitarum dissipavit tentorum suum quasi horum: demolitus est tabernaculum, in oblivionem tradidit festivitates & sabbata: & totam gentem spernens simul cum regibus & fæcetibus in opprobrium captivitatis dedit. In tentoriis enim nomine & tabernaculi, quanvis unum videatur sonare, eo quod tabernacula Iudeæ sint dicta: quod cortina distenta funibus tabernaculi intrâ stantibus appenderentur, que tentoria sustinerent: tamen in tentorio illud tabernaculum quod Moyses in deserto fabricavit, & in tabernaculo hoc templo quod Salomon in terra reprobmissionis adflicavit, possumus accipere: quæ utraque propter fecela habitorum Dominus in manus hostium tradidit: sicut in psalterio legitur: Repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus: & tradidit in captivitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Rursumque per presentem Prophetam Dominum in superioribus dicit: Faciam domui huic in qua invocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo: & projiciam vos à facie mea, sicut proeci omnes fratres vestros, universum fœmen Ephraim. Unde videndum nobis est, ne propter iniquitates nostras habitaculum pectoris nostri deserat inhabitator Spiritus sanctus: respuit fæcetum: & despiciat ordinem regiminis nostri: sicutusque sicut horum dissipati, ubi nullus virtutum gignitus fructus. Metuendum igitur ne tanta suavitate & jucunditate privati, in amaritudinem & fœditudinem pervariantur sempiternam. Dicit enim Corinthiis manifester Paulus Apollonus: Nescitis quia Templum Dei estis? Si quis autem Templum Dei violaverit, disperdet illum Deus, Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Et idem: An nescitis quia membra vestra templum sunt Spiritus sancti, quem habetis, & non estis vestri? Empti enim etsi pretio magno: glorificate ergo & portate Deum in corpore vestro.

Zain. Repulit Dominus altare suum: maledixit sanctificationis: tradidit in manus inimici muros turriam ejus. Vocem aderant in domo Domini scutum in die solemnem. Altare suum repulit, & sanctificationis sue maledixit Dominus dicit: quia hostias secundum legem oblatas suas salutares ibidem appellat: & altare in quo eadem hostia offerebantur, sprevit: diripienda hoftum manibus tradidit, simul cum urbe atque propugnaculis ejus: clamoremque blasphemie, id est, holtes in domo Domini aderunt, ubi quondam laudes in solemnitatibus variis per diversa organa, fæcetotes & levitas templo & ritu inviolato canebant. Quod olim Isaïas Propheta deplorat, dicens: Ecce respice, populus tuus omnes nos, & civitas sancti tui facta est deferta Sion. Deferta facta est Jerusalæ: dissoluta est domus sanctificationis nostræ & gloria nostræ, ubi laudaverunt te patres nostri: facta est in exultatione ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Mytice autem repulit Dominus altare suum: quando peccatis nostris exigentibus, quasi ingratam despicit aram cordis nostri: & avertit faciem suam a nobis, unde salvi fieri debueramus: sicut scriptum est: Ostende nobis faciem tuam & salvi erimus: nec preces nostras attendit, neque oblationes recipit. Maledicti sanctificationis sue, quando Christianum nomen in quo gloriamur, & quod in facio baptismate per sancti christiani uniti omnes suscepimus pollutum duxerit: quia facinora nostra & pravi actus nostri hoc promoverunt. Tradidit in manus inimicorum nostrorum omnia arma nostra & munitiones in quibus confidebamus: quoniam in omni conversione nostra ad nihil redacti sumus: nec prepostos, neque defensores iam utilles habemus merentur: quia in domo Domini, ubi laus, honor & gloria confessionis sonare debuit: ibi clamor & blasphemie resultant, & negotiatio ter-

rena exercetur, pro quo irritatus Dominus flagellum de funiculis faciens, omnes ejicit de templo, & nummulariorum effudit es.

Heth. Cogitavit Dominus dissipare murum filia Sion: retendit funiculam suum: & non avertit manum suam à perdizione: luxurie antemurale, & murus pariter dissipatus est. Urbs ita cuius Dominus cogitavit dissipare murum, tenditque funiculum, hoc est, rectam & condignam mercedem nequit sua reddere ei dispositus, synagoga est Judæorum: quæ semper superbè & contentiose agebat contra Dominum: Prophetas ejus & nuncios ad se miseros persequens: novissimè vero ipsum hærem, hoc est, unicum filium ejus interfecit. Unde & ipse Dominus iustus iudex & iustitiam diligens, non avertit manum suam à perditione ejus: sed terram illius, funiculum metens, hoftibus partiedam dividit. Murum & antemurale dissipavit, cùm angelorum custodiam & defensionem, quam Domini pietate & patrum suorum merito olim habuerant, ab ipsa secedere fecit. E contrario vero alibi est urbs illa, de qua in Isaïa scriptum est, post contritionem Moab canticum celebre compositum esse, ubi ita legitur: In illa die cantabitur canticum istud in terra Iuda: Urbs fortitudinis nostræ, Salvator ponetur in ea: bonorum operum murus & antemurale. Aperite portas & inaugurate gens iusta custodiens veritatem.

Thet. Defixa sunt in terra porta ejus: perdidit & contrivit velles ejus: regem ejus, & principes ejus in gentibus. Non est lex, & Prophetæ ejus non invenerunt visionem à Domino. Hoc describit sermo propheticus, quod destruxit Jerusalæ terram, imò synagoga Judæorum, doctores ejus & defensores, quos portarunt & vescum nomina denotant, contriti fuit atque dissipati: reges ejus, & principes, atque Prophetæ jam non sunt in illa: fed nec legem inviolatam habent, neque visionem & prophetiam à Domino mercantur habere: quia ipsum verum legislatore & Dominum Prophetatum præsentialiter ad se venientem recipere dedignerunt. Ipse enim finis est legis ad iustitiam omni credenti, verusque Prophetæ paternam & suam credentibus annunciantes voluntatem. De quo Moyses olim Israëlit ait: Propheta vobis suscitabit Dominus de fratribus vestris, tanquam meipsum audieris. Et erit omnis quicunque non audierit Prophetam illum, exterminabit anima ejus de populo suo.

Jod. Sederunt in terra: conticuerunt senes filia Sion: conspererunt cinere capita sua: accincta sunt cilicis: abacerunt in terra capita sua, virgines Jerusalæ. Sederunt in terra, qui terrena non ecclæstia sequuntur sunt desideria. Conticuerunt senes etiam, quia non habuerunt spiritualem scientiam legis Dei: unde nec iam deserta veritate consilium ulti auditiborū suis præbere valent. Filiae Sion conspererunt cinere capita sua: accinctaque cilicis, lugubri induitæ sunt tegumento: quoniam ornatum virtutum & sapientiae spiritualis, quo ad cœlestis regni thalamum se præcingere debuerant, non servaverunt: idcirco abacerunt in terra capita sua virgines Jerusalæ: cùm mentes tristitia terrena gravatas in ima depræfuerint, nec jam ad cœlestes gaudium ullo modo aspirare præsumperint. Hac ergo omnia admonent nos ne sumus segnes & tepidi ad discendam divinam sapientiam, & virtutis opera exercenda: ne forte propter inertiam nostram desiderio deserat nos auctor noster, deficiat uerum omni solatio: nec habeamus jam portis & vespibus destrutis reges & principes qui nos ducant in viam iustitiae: nec jam lex Dei, & Prophetarum oracula illuminent corda nostra: sed eamq[ue] in terra carnis nostra desideriis quasi cinere polluti: & vitorum setis amicti, totam gloriam quam in cœlesti regno habere potueramus, perdamus: jaceamusq[ue] in terra donec caro nostra in pulverem, unde sumpta est, revertatur: & finis fiat interitus semper tenuis.

Caph. Defecerunt pro lacrymis oculi mei: conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra lacrima mea super contritione filie populi mei: cum deficeret parvulus & lactens in plateis oppidi. Videns Prophetæ nimiam contritionem gentis sue, templumque incensum, & civitatem devastatedam, nullique sexui vel ætati hostes in nece parecere: ingenti dolore turbatus, fletu maximo deplorat, ita ut oculi pro lacrymis deficit: & jucunditas desiderii vertatur in anxietatem cordis. Quid enim magis dolendum fuit, quād quod natio antiqua & semen Patriarcharum atque amicorum Dei, divinis